

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Aduocati x  
cum uariis

Sepe causas tantum differunt quod litigantibus plusquam totum auferunt quia maior est expensarum sumptus quam sentencie fructus. Nec terminantur negocia pauperum cepta quousque eorum marsupia sint euacuata, cum tamen scriptum sit: Gratis accepistis, gratis date. Ipsi uero nec gratiam gratis dant, nec iusticiam iuste reddunt. Lucrum in archa, dampnum in consciencia. Sed quid prodest homini si totum mundum lucretur, anime uero sue detrimentum paciatur?

Innocencius de uilitate condicionis humane.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Aduocati x] Aduocati y P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; totum] tutum P; uilitate] vtilitate P V<sup>1</sup>